UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Persij Flacci nobi||lissimi Satyrici vnicus. sed ele=||gantissimus Satyrarum liber.||

Persius Flaccus, Aulus

[Leipzig], 1516

Satyra Sexta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34791

Visual Library

Sexta

Dixeris hæc inter varicoſos Centuriones,
Continuo craſſum ridet Vulphernius ingens
Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Satyra Sexta.

a Dmouit iã brũa foco te Baſſe Sabino,
Iam ne lyra & tetrico viuũt tibi pectine chordæ?
Mire opifex nũeris, veterum primordia vocum
Atq; marem ſtrepitum fidis intendiſſe latinæ
Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honeſto
Egregios luſiſſe ſenes, mihi nunc Ligus ora
Intepet, hybernatq; meum mare, quã latus ingens
Dant ſcopuli, & multa littus ſe valle receptat,
Lunai portum eſt operę, cognoſcite ciues,
Cor iubet hoc Enni, poſtq; deſtertuit eſſe
Meonides quintus pauone ex Pythagoræo.
Hic ego ſecurus vulgi & quid pręparet auſter
Infœlix pecori, ſecurus & angulus ille
Vicini noſtro quia pinguior, & ſi adeo omnes
Diteſcant orti peioribus, vſq; recuſem
Curuus ob id minui ſenio, aut cęnare ſine vncto
Et ſignum in vapida naſo tetigiſſe lagena

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Satyra

Diſcrepet his alius, geminos horoſcope varo
Producis genio, ſolis natalibus eſt qui
Tingat olus ſiccum muria vafer in calice empta.
Ipſe ſacrum irrorans patinæ piper, hic bona dente
Grandia magnanimus peragit puer, vtar ego vtar
Nec Rombos ideo libertis ponere lautus,
Nec tenuem ſollers turdorum noſſe ſaliuam,
Meſſe tenus propria viue & granaria, fas eſt
Emole· q̃d metuis occa· en ſeges altera in herba eſt
Aſt vocat offitium· trabe rupta Brutia ſaxa
Prendit amicus inops, rem qui omnē ſurdaq; vota
Condidit Ionio· iacet ipſe in littore· & vna
Ingentes de puppe dei, iamq; obuia mergis
Coſta ratis laceræ, nunc et de ceſpite viuo
Frange aliquid· largire inopi· ne pictus oberret
Cerulea in tabula, ſed cænam funeris heres
Negliget iratus· quod rem curtaueris vrnæ
Oſſa inodora dabit, ſed ſpirent cynnama ſurdum
Seu ceraſo peccent caſiæ neſcire paratus.
Tu ne bona incolumis minuas? ſed beſtius vrget
Doctores Graios, ita fit poſtq̃ ſapere vrbi,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sexta.

Cũ pipere & palmis venit noſtrũ hoc maris expers
Fœniſecæ Craſſo viciarunt vnguine pultes,
Hæc cinere vlterior metuas, at tu meus hæres
Quiſquis eris, paulum a turba ſeductior audi,
O bone num ignoras? miſſa eſt a Cæſare laurus
Inſignem ob cladem Germanæ pubis & aris
Frigidus excutitur cinis, ac iam poſtibus arma
Iam clamydes regum, iam lutea gauſapa captis
Eſſedaq; ingentesq; locat Cęſonia Rhenos.
Dijs igitur genioq; ducis centum paria ob res
Egregie geſtas induco, quis vetat? aude,
Veniſi conniues, oleum artocreasq; popello
Largior, an prohibes? dic clare, nõ audeo inquis
Exoſſatus ager iuxta eſt, age ſi mihi nulla
Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet patrui, ſterilis matertera vixit,
Deq; auia nihilum ſupereſt, accedo Bouillas
Cliuumq; ad Virbi, pręſto eſt mihi Manius hęres
Progenies terræ, quęre ex me quis mihi quartus
Sit pater haud prompte dicã, tamen adde etiã vnũ
Vnum etiam terræ eſt iam filius, & mihi ritu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Satyra

Manius hic generis prope maior auunculus exit
Qui prior es cur me in decurſu lampada poſcis?
Sum tibi Mercurius venio deus huc ego vt ille
Pingitur an renuis? vin tu gaudere relictis?
Deest aliquid ſummę: minui mihi, ſed tibi totum ē
Quicquid id ē, vbi ſit fuge quęrere q̄d mihi quōdā
Legarat Stadius, neu dicta repone paterna
Fœnoris accedat merces, hinc exime ſumptus
Quid reliquū eſt? reliquū? nūc nūc impēſius vnge
Vnge puer caules, mihi feſta luce coquetur
Vrtica, & fixo fumoſum ſinciput aure?
Vt tuus iſte nepos olim ſatur anſeris extis
Cum moroſa vago ſingulti & inguine vena
Patriciæ immeiat vuluæ, mihi trama figuræ
Sit reliqua, aſt illi tremat omento popa venter
Vnde animam lucro mercare, atq; excute ſollers
Omne latus mundi, ne ſit pręſtantior alter
Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.
Rem duplica, feci iam duplex, iam mihi quarto
Iam decies redit in rugam, depinge vbi ſiſtam
Inuentus Chryſippe tui finitor acerui.

Ex officina Melchiaris Lottheri Anno
a recōciliata diuinitate. M,ccccc,xvi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN